



# BOLETIN DEL CLERO DEL OBISPADO DE LEON.

## CONFERENCIAS MORALES.

Suspendidas las Conferencias con motivo de los Santos Ejercicios espirituales del Clero, volverán á reanudarse en el mes próximo.

Las cuestiones que han de resolverse se publicaron en el número 24 del Boletín, correspondiente al 14 de Junio último.

*Decreto de la Sagrada Congregación sobre la uniformidad del canto Litúrgico y el verdadero canto Gregoriano.*

### DECRETUM.

Romanorum Pontificum sollicitudo, quemadmodum in reliquis quae ad Sacram Liturgiam pertinent, in eo etiam excelluit, quod ecclesiasticorum concentuum, maxime vero Gregoriani cantus, decori atque uniformitati semper consuluerit. Quocirca, cum iuxta vota Sanctae Tridentinae Synodi, Pius IV Pontifex Maximus aliquot S. R. E. Cardinales reformationi liturgici cantus praefecisset, omnem hi curam adhibuere, ut cantus eiusmodi ad aptiorem simplicioremque formam reduceretur, et ita ab omnibus divinae psalmodiae operam dantibus recipi adoptarique facile posset. Qua in re perficienda plurimum illos iuvit solers industria atque eximia peritia Magistri Ioannis Petri-Aloysii Praenestini, qui, iusta recensitas prudentissimas normas, ita Romani Gradualis emendationem perfecit, ut simul proprios, ac genuinos Gregoriani cantus characteres in eo conservaret. Graduale Romanum ita emendatum atque reductum deinceps Paulus V Pontifex Maximus typis Mediceis Romae imprimi iussit, et Apostolicis Litteris in forma Brevis approbavit. Quo ex tempore in Pontificia Capella, atque in Patriarchalibus aliisque insignioribus Urbis Ecclesiis adhiberi illud coepit. Petri-Aloysii Praenestini aliquot discipuli coeptum ab eo opus, iuventibus Ro-

manis Pontificibus, prosecuti erant. Aetate vero nostra, cum sa-  
 me. Pius IX Pontifex Maximus Romanam liturgiam in omnibus  
 fere Ecclesiis feliciter adoptatam cerneret, etiam in votis habuit  
 quoad cantum liturgicum uniformitatem inducere. Idcirco per  
 Sacram Rituum Congregationem peculiarem instituit Commissio-  
 nem virorum ecclesiastici cantus, apprime peritorum, qui sub  
 eiusdem ductu, auspiciis et auctoritate Graduale Editionis Medi-  
 ceae Pauli V iterum evulgarent, ceterasque partes, quae deerant  
 eiusdem cantus, ad normam Gradualis perficerent. Huic volunta-  
 ti obsecuta Sacra Rituum Congregatio, editis per praefatam Com-  
 missionem circularibus litteris die 2 Ianuarii anni 1868, nomine  
 Summi Pontificis invitavit typographos librorum liturgicorum  
 editores tam nostrates, quam exteros, qui vellent perhonorifico  
 etque saluberrimo huic operi, sub directione Commissionis et  
 auspiciis Sacrae Congregationis, manus admovere. At cum illud  
 gravissimum esse omnes agnoscerent, magnasque expensas, di-  
 ligentiamque plurimam requirere, unus Eques Fridericus Pustet  
 Ratisbonensis, Summi Pontificis atque Sacrorum Rituum Congre-  
 gationis Typographus, arduo se huic operi accinxit, ac feliciter,  
 Graduale quod attinet, illud absolvit. Perfecta itaque fuit Roma-  
 ni Gradualis Pauli V Editio maturo studio et cura praedictae  
 Commissionis, ab eaque, diligenter revisa, et tamquam authen-  
 tica declarata ad ut merito Romana, et a Sacra Congregatione  
 concinnata dici valeat. Eam Summus Pontifex Pius IX suis  
 Brevibus litteris datis die 3 Maii anni 1873, plurimum laudavit,  
 atque ad unitatem cantus ecclesiastici inducendam Reverendissi-  
 mis locorum Ordinariis, iisque omnibus, quibus Musices Sacrae  
 cura est, magnopere commendavit: addita hortatione ipsi Edi-  
 tori, ut quae adhuc edenda supererant de Gregoriano cantu vo-  
 lumina, quibus inchoata olim a Paulo V perficitur editio, tan-  
 dem in lucem proferret. Cum itaque deinceps idem Typogra-  
 phus, pari studio ac diligentia, et iusta praedictas normas, eam  
 partem edidisset. Antiphonarii atque Psalterii quae Horas diur-  
 nas complectitur, Santissimus Dominus Noster Leo XIII alias  
 edidit Apostolicas Litteras in forma Brevis die 15 Novembris anni  
 1878, quibus Praedecessoris sui decreta confirmans, eam Editio-  
 nem a Viris ecclesiastici cantus apprime peritis, ab id a Sacra  
 Rituum Congregatione deputatis, revisam approbavit atque au-  
 thenticam declaravit; adiecta, iisdem verbis, quibus sa, me.  
 Pius IX usus fuerat pro edito Graduali, vehementi Editionis  
 eiusdem commendatione ad Reverendissimos Ordinarios omnes-  
 que Musices sacrae cultores, *ut sic cunctis in locis ac dioecesi-  
 bus, cum in ceteris quae ad Sacram Liturgiam pertinent, tum  
 etiam in cantu, una eademque ratio servetur, qua Romana uti-  
 tur Ecclesia.*

Interea temporis plures ecclesiasticae Musices cultores sub-  
 tilius inquirere coeperunt, quatenus esset primigenia Gregoriana  
 cantus ratio, quaeque fuerint per subsequentes aetates variae

eiusdem phases. Veruntamen plus aequo huius investigationis limites praetergressi, ac nimio antiquitatis amore fortasse abrepti, negligere visi sunt recentes Sedis Apostolicae ordinationes, eiusque desideria pluries manifestata pro introducenda uniformitate Gregoriani cantus, iuxta modum prudentissimo Romanae Ecclesiae usu comprobata. Scilicet, posthabito hoc iam sapienter constituto tramite, adhuc sibi integrum esse putarunt contendere, ut ad eam, quam ipsi putant, primae aevi concentuum formam Gregorianus cantus reducat, eo etiam sub obtentu, quod Apostolica Sedes cantuum Editionis ab se nuper approbatae authenticum quidem declaraverit, et magnopere commendaverit, at minime singulis Ecclesiis imposuerit; quin adverterent, uti oportebat, constantem esse Summorum Pontificum praxim ad nonnullos abusos tollendos persuasione magis quam imperatis uti voluisse; eo vel maxime scientes quod Rmi. locorum Ordinarii, eorumque Cleri verba exhortationis Summi Pontificis loco mandati pie et religiose interpretari solent. Quae quidem arbitrari rationes cum per ephemerides, ac varia edita opuscula vulgarentur, ipsaque Editionis praefatae approbatio in dubium vocaretur, Sacra Congregatio sui officii esse eduxerat Apostolicas Litteras sa. me. Pii IX. iam editas, authenticas declarare, et eiusdem editionis approbationem iterum confirmare, decreto edito die 14 Aprilis anni 1877. Nihilominus neque eo decreto, neque subsequentibus Apostolicis litteris Sanctissimi Domini Nostri superius memoratis, illi acquiescere visi sunt: quin imo suas opiniones adhuc validius inculcare perrexerunt in eo conventu cultorum ecclesiastici cantus, qui, ut Guidoni Monacho solemnes deferrentur honores, superiore anno Aretii habitus est; non sine illorum offensione, qui Apostolicae Sedis auctoritatem, non minus quam in reliquis ad Sacram Liturgiam pertinentibus, in cantus etiam ratione et uniformitate, unice sequendam esse iure merito existimant. Sed, quidquid hac in re improbandum irreperit, quoniam ii, qui Aretii hac de causa convenerant, nonnulla eadem de re vota, seu postulata Sanctissimo Domino Nostro Leoni XIII humiliter porrexerunt, eiusdem oraculum exquirentes; idem Sanctissimus Dominus Noster, attenta negotii gravitate, peculiari Sacrae Rituum Congregationis Coetui ab se delecto quorundam S. R. E. Cardinalium Sacris tuendis Ritibus praepositorum, atque aliquot Praesulum Officialium eiusdem Sacrae Congregationis illud expendendum commisit. Quae peculiaris Congregatio ad Vaticanum infrascripta die adunata, re mature accurateque perpensa, ac resumptis omnibus ad rem pertinentibus, exquisitisque etiam peritissimorum virorum sententiis, dita, si Sanctissimo placuerit, decernendum censuit: Vota, seu Postulata, ab Aretino Conventu superiore anno emissa, ac Sedi Apostolicae ab eodem oblata pro liturgico cantu Gregoriano ab vetustam traditionem redigendo, accepta uti so-

nant, recipi probarique non posse. Quamvis enim ecclesiastici cantus cultoribus integrum liberumque semper fuerit, ac deinceps futurum sit, eruditionis gratia, disquirere quaenam vetus fuerit ipsius ecclesiastici cantus forma, variaequae eiusdem phases, quemadmodum de antiquis Ecclesiae ritibus, ac reliquis Sacrae Liturgiae partibus eruditissimi viri cum plurima commendatione disputare et inquirere consueverunt; nihilominus eam tantum uti authenticam Gregoriani cantus formam atque legitimam hodie habendam esse, quae iuxta Tridentinas sanctiones à Paulo V, Pio IX sa. me. et Sanctissimo Domino Nostro Leone XIII, atque à Sacra Rituum Congregatione iuxta editionem Ratisbonae adornatam, rata habita est et confirmata, utpote quae unice eam cantus rationem contineat, qua Romana utitur Ecclesia. Quocirca de hac authenticitate et legitimitate inter eos, qui Sedis Apostolicae auctoritati sincere obsequuntur, nec dubitandum, neque amplius disquirendum esse. Ut vero cantus, qui in Sacra Liturgia, stricto sensu accepta, adhibetur, uniformis ubique existat, in novis editionibus Missalium, Ritualium ac Pontificalium, eae partes, quae musicis notis designantur, ad normam Editionis praedictae a S. Sede approbatae, utpote continentis cantum liturgicum proprium Ecclesiae Romanae (ut praefert ipse titulus in fronte cujusque libri appositus), exigantur, ita ut illius textui sint omnino conformes. De cetero quamvis, iuxta prudentissimam Sedis Apostolicae agendi rationem cum de uniformitate in ecclesiastica liturgia inducenda actum est, praefatam editionem singulis Ecclesiis non imponat, nihilominus iterum plurimum hortatur omnes Reverendissimos locorum Ordinarios aliosque ecclesiastici cantus cultores. ut illam in Sacra Liturgia, ad cantus uniformitatem servandam, adoptare curent, quemadmodum plures iam Ecclesiae laudabiliter amplexae sunt.—Et ita decrevit die 10 Aprilis 1883.

Facta autem de his omnibus per infrascriptum Secretarium Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII fideli relatione, Sanctitas Sua Decretum Sacrae Congregationis ratum habuit, confirmavit, et publici iuris fieri mandavit die 26 eiusdem mensis et anni.

D. CARDINALIS BARTOLINIUS S. R. C. PRAEFECTUS.

L. † S.

LAURENTIUS SALVATI, S. R. C. *Secretarius*.

### ¿QUÉ FUERZA TIENE LA COSTUMBRE EN MATERIAS LITÚRGICAS?

Así como nada hay mas vulgar que cualquiera ley humana, aun canónica, pueda ser abrogada como dice Benedicto XIV en su precioso libro *De Synodo Dioces.*, lib. XII, cap. VIII núm. 8 por contraria costumbre, que sea racional y legítimamente prescrita, así tampoco hay otra cosa más obvia que escudarse con la

costumbre para sostener á veces grandes abusos y las cosas más extravagantes. Fácil cosa es decir en cualquier evento: «Esta es, esta ha sido la costumbre, esto es lo que siempre se ha venido practicando.» Pero no dudamos en afirmar que muchas veces se ignora ó se quiere ignorar, lo que dicha palabra significa, porque si se atendiera á las condiciones que debe tener una costumbre para poder formar ley é inducir obligación, no se tomaría tanto en boca para apoyar con frecuencia cosas que no tienen otro origen que un reprehensible descuido de las cosas del culto divino, ó bien una crasa ignorancia de las rúbricas y disposiciones de la Iglesia, ó cuando más unas tradiciones vagas, fundadas tan solo en actos indiscretos.

Conviene, pues, no olvidar, que la costumbre, para que sea legítima y propiamente tal, debe ser: 1.º Inmemorial y conforme á la razón y justicia, como se ve por la Constitución *Apostolici Ministerii* de Inocencio XIII, de 25 de Mayo de 1823, pár. 22, y además por los decretos de la Sagrada Congregación de Ritos de 21 de Marzo de 1665 y de 21 de Noviembre del mismo año. 2.º Que no repugne abiertamente á las rúbricas del Misal, Breviario, Ceremonial de Obispos, Ritual Romano, ni á los decretos de la Sagrada Congregación. Y 3.º Que sea laudable, aumentando, ó cuando menos no disminuyendo, el culto de Dios. Estas son las costumbres que aprueba la Sagrada Congregación, y que no quita el Ceremonial de los Obispos.

Cierto que puede haber costumbre ante la ley, accediendo el consentimiento del legislador; pero nunca puede haberla contra el consentimiento y voluntad permanente del mismo; pues que nunca será racional y justa una costumbre aunque date de tiempo inmemorial, si se opone á la voluntad formal y expresa del que ha dado la ley. Y esto es cabalmente lo que sucede en la materia de que tratamos, cuando es expresísima la voluntad de la Iglesia al declarar que no puede haber jamás costumbre contra las leyes del culto divino. Veámoslo brevemente por partes.

Y desde luego son dignas de llamar la atención las palabras que San Pio V pone en la Bula sobre el Misal Romano: «Mandantes, dice, et districte omnibus et singulis præcipientes in virtute sancte obedientiæ, ut Missam juxta ritum, modum et normam, quæ per Misale hoc à Nobis nunc traditur, decantent ac legant, neque in Missæ celebratione alias cæremonias vel preces, quam quæ hoc missali continentur, addere vel recitare præsumant.» Es decir, que manda rigurosamente á todos y cada uno de los sacerdotes, en virtud de santa obediencia, que canten y digan la Misa segun el rito, modo y norma establecidos en el Misal, y que nadie se atreva á añadir otras ceremonias y rezar otras oraciones que las contenidas en el mismo. Y la Sagrada Congregación, en el decreto que se pone al principio del referido Misal, manda que en todo y por todo se guarden las rúbricas del

mismo, no obstante cualquier pretexto y costumbre contraria, que declara ser abuso.

Por lo que toca al Breviario Romano, ahí están los decretos de 17 de Noviembre de 1674 y de 28 de Setiembre de 1675, que mandan se observen al pié de la letra las rúbricas y la Bula de San Pio V, impresa en el Breviario, en el que se ordena terminantemente que se guarde la fórmula de rezar y cantar de dicho Breviario (prohibido el uso de otro cualquiera) por todas las Iglesias, monasterios, órdenes y aun lugares exentos de todo el orbe, sin que en ningun tiempo, ni en todo ni en parte, pueda mudarse, añadiendo ó quitando algo.

Y por fin, por el decreto de 16 de Marzo de 1658 se declara que deben guardarse las rúbricas, y que es abuso la costumbre inmemorial contraria á ellas. «*Servandas esse rubricas et contrariam immemorabilem esse abusum.*»

Viene ahora el Ceremonial, respecto del cual son dignas de ser aquí notadas las palabras de la Bula de Clemente VIII: «*Idcirco Coeremonialem Episcoporum hujusmodi, in jussu nostro emendatum et reformatum, motu proprio ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine et perpetuo approbantes, illud quod in universali Ecclesia ab omnibus et singulis personis, ad quas spectat, et in futurum spectabit, perpetuo observandum esse præcipimus et mandamus, ac Coeremoniale hujusmodi sic emendatum et reformatum, nullo unquam tempore in toto vel in parte mutari, vel ei aliquid addi, aut omnino detrahi posse.*» De la misma manera y casi con las mismas palabras vienen á expresarse en sus Bulas relativas á dicho Ceremonial los Papas Inocencio X, Benedicto XIII y Benedicto XIV. Además, de los decretos de la Sagrada Congregación de 12 de Abril de 1823 y de 22 de Diciembre de 1832, declaran que se debe observar del todo el Ceremonial de los Obispos y que la ley dada respecto del mismo por los Sumos Pontífices Clemente VIII, Inocencio X y Benedicto XIV, es de tal naturaleza que no puede abrogarse por ninguna costumbre en contrario. «*Servetur omnino Coeremoniale,*» dice el primer decreto citado, y el segundo: «*Legem á Summis Pontificibus Clemente VIII, Inocencio X et Benedicto XIV, latam et confirmatam, hujusmodi indolis esse, ut á nulla contraria consuetudine abrogari valeat.*»

Es verdad que hay costumbres que no quitan el Ceremonial; pero son las verdaderamente laudables y conformes al mismo, según los decretos y la Bula arriba citada de Clemente VIII, y que versan más bien sobre el modo que sobre la sustancia.

Y qué diremos del Ritual Romano? Que tampoco puede prevalecer la costumbre contra sus prescripciones. Para probarlo basta aducir los decretos de la Sagrada Congregación de 21 de Julio de 1645, de 1.º de Diciembre de 1742 y de

12 de Noviembre de 1831, en los cuales se declara que se observe el Ritual Romano: «*Consuetudinem etiam immemorabili in contrarium non obstante.*»

Veamos, finalmente, cuál sea la autoridad de los decretos de la Sagrada Congregación de Ritos, y lo que contra ella vale la costumbre.

Cosa sabida es que dicha Congregación no es otra cosa que un tribunal compuesto de Cardenales y consultores Prelados ó regulares, establecido por el Papa Sixto V, con la facultad de interpretar, declarar y definir todas las dudas y cuestiones que se susciten de todas las partes del mundo, acerca de los ritos y ceremonias del culto divino. Su autoridad es tal, que sus resoluciones son tenidas como oráculos del Pontífice; pues que en lugar del Pontificado está, y en su autoridad obra, extendiéndose *ubivis locubum, in omnibus urbis orbisque Ecclesiis*, y sus decisiones deben observarse á *quibusvis personis diligenter*, como dice el mencionado Sixto V en su Bula: «*Inmensa Aeterni Dei.*»

Así es que la misma Sagrada Congregación, en decreto de 23 de Mayo de 1846, aprobado por Nuestro Santísimo Pio IX en 19 de Julio de dicho año, declaró que los decretos emanados de la misma, y sus respuestas á las dudas que le proponen, tienen la misma autoridad que si dimanaran inmediatamente del Pontífice, aunque de ellas no se haga relación á Su Santidad. Vease el decreto: «*An decreta à Sacra Congregatione emanata et responsiones quæcumque ab ipsa propositis dubiis scripto formaliter editæ, eandem habeant auctoritatem, ac si immediate ab ipso Summo Pontifice emanarent, cumvis nulla facta fuerit de eisdem relatio Sanctitati suæ?*» Sac. Congreg. rescribendum censuit: *Affirmative. Et facta de præmissis omnibus Smo. D. N. Pio IX Pont. Max. per Secretarium fidei relatione, Sanctitas sua rescripta à Sacra Congregatione in omnibus et singulis approbavit confirmavitque.*»

Preguntada además si los decretos de la Sagrada Congregación derogaban cualquier costumbre y obligaban en conciencia, respondió afirmativamente; pero con la facultad de recurrir á ella en los casos particulares: «*An decreta Sacrorum Rituum Congregationis dum aduntur, deregent cuicumque consuetudini etiam immemorabili, et in casu affirmativo obligent quoad conscientiam.*»

R. *Affirmative; sed recurrendum in particulari.* 11 de Setiembre de 1846.

Y aun más claramente si cabe, lo había ya resuelto en 3 de Agosto de 1839, diciendo:

«Que ninguna costumbre en contrario, por inveterada que fuese, podía derogar á la ley prescrita por los decretos de la Sagrada Congregación. Hé aquí las palabras textuales del decreto:

«An inveterata quæcumque in contrarium consuetudo derogari possit legi à decretis Sacrae Congregationis præscriptæ?

R. Negative juxta eadem decreta.»

Resulta, pues, de lo dicho, que ningun valor tiene la costumbre cuando está en abierta oposición con las fuentes del derecho litúrgico. Y aquí es de advertir, con Ferraris y Cavalieri, que una vez quitada una costumbre, no puede ya jamás introducirse de nuevo.

Ahora bien: ¿qué deberá hacerse con las costumbres no laudables é ilegítimas que se hallen introducidas? Procurar eliminarlas con todo empeño. Confesamos, sin embargo, que algunas veces es necesario ir con mucho tino y á plomo en esta materia, para no parecerse á aquellos malos albañiles que, como dice San Francisco de Sales, rompen más tejas que las que ponen. Mas no cabe duda que si el sacerdote ó el cura se encuentra animado de un verdadero celo por la gloria de Dios, y se interesa como debe por la fiel observancia de las leyes y disposiciones de la Iglesia, encontrará medios suaves y oportunos para desterrar las costumbres, ó más bien abusos, que se oponen al cumplimiento de dichas leyes.

Por fin, si se previese que con la mudanza habian de surgir trastornos y escándalos en el pueblo, la prudencia dictará en este caso disimular, permitiendo un mal menor, para evitar otro mayor, mientras se aguarda una ocasión más propicia.

### CRÓNICA PIADOSA.

La Novena dedicada á San Roque en la Iglesia parroquial de Santa Ana, anunciada en el número anterior, terminó el Domingo último con misa solemne y procesión del Santo, habiendo sido orador el Dr. D. Vicente Sánchez de Castro, Canónigo Lectoral de la Catedral.

Otra función análoga en honor del mismo Santo y en el mismo día se celebró en la de San Lorenzo: subió á la Cátedra del Espíritu Santo el Dr. D. Marcos Marcelino del Rivero, Canónigo Penitenciario de la Catedral.

Por la tarde la Congregación del Sagrado Corazón de Jesús tuvo en la Real Colegiata de San Isidoro los ejercicios espirituales de tercer Domingo de mes con sermón predicado por el Doctor D. Luis Felipe Ortiz, Dean de la Santa Catedral.

Por último, la Asociación Josefina canónicamente establecida en la iglesia parroquial de San Martín de esta ciudad celebró en el mismo domingo los ejercicios que mensualmente se dedican al glorioso Patriarca San José con Misa de comunión general. A las siete de la tarde hubo Rosario, ejercicios propios del día y plática á cargo del M. I. Sr. Vicario Capitular.